



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professo[r]is: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no.Maij.

Jn festo i[n]noce[n]tu[m] de eis[dem]. Ser. xxvj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

De innocentibus.

lur emicuit: q̄ nullus ibi respicere poterat. Recedente dō lumine: fouea impleta māna inuēta est. Ubi difficultas orit̄ apud plurimos: si Iohannes fuit mortuus: sed dormiuit in sepulcro: hoc accipietes in signū: q̄ in sepulcro suo videt̄ quedā scaturicies māne per modū ebullitionis surgere. Et dicunt q̄ hoc causat̄ ex anhelitu ei⁹. Sed Aug. hoc improbat: q̄ hoc nō esset Iohānis p̄uilegiū sed magis detrimentū: si tādū a diuina fructiōe retardaret̄ alijs ap̄stolis in gloria existentib⁹. Alij dō dixerūt q̄ Iohānes non est mortuus: sed cū Enoch ⁊ Delia trāslatus est in paradisum. Hoc aut̄ videt̄ esse falsum: quia scribit̄ ad Heb. ix. c. Statutū est hoīb⁹ semel mori. Nec virginī gloriose est cōcessum nō mori. Quidā aut̄ dicunt: q̄ est mortuus: t̄n sine dolore: sicut fuit si ne corruptiōe carnis. Quid videt̄ sentire Hierony. in prologo in Iohānem: ⁊ in Apocalypsim. vbi ait: 'Hic ē Iohānes q̄ sciens supuenisse diē recessus sui: cōuocatis discipulis in Epheso: post multa signorū experimēta in defossus descendens sepulture sue locus: oratione facta reddidit̄ spiritū: tā extraneus a dolore sue mortis: q̄ a corruptiōe carnis fuit alienus. Et si dicat̄ q̄ x̄ps dixit Petro de Iohāne. sic eū volo manere. vñ erit sermo inter fratres q̄ discipulus ille non morit̄. Scdm̄ Aug. est dicēdū q̄ x̄ps respōdit ad verba Petri petentis habere Iohānem: sociū in passioe ⁊ martyrio dicēs: Sic eum volo manere donec uenīa non ad iudiciū in fine: sed ad vocandū in gloriam celestem ab huius mundi statu.

¶ Tertū p̄ uilegiū dicitur superne glorificationis. In celesti nāq; curia copiosam esse Iohānis gloriā oēs cognoscere possunt: q̄ sciūt gloriā eē meritis eorū respōdētē. Et ne multa dicam⁹. Iohānes euāgelista nō in infimo ordine ⁊ gradu est sanctorū collocat⁹: uerū etiā ipse est qui propter amorem inter sera

phim ardētes habitare credit̄. Si ergo felix ⁊ beata dilectio est: q̄ iohannē ad gloriā ac dulcedinē vsq; perduxit ip̄s exēplo ut x̄ps nos diligit studeamus: qui est benedict⁹ ⁊ laudabilis per in finita secula seculorum. Amen.

¶ In festo innocētū p̄ eisdē. Ser. xvij.

¶ Innocētes p̄ x̄po occidūt. Fru. xvij.



Accipe puer

⁊ matrē eius: fuge in egyptū. Angeli ad Ioseph loquentis vba sunt ista. Mat. ij. c. Iniquitas Herodis impij ⁊ crudelis:

x̄pm iesum in cuna vagientē persequi ut occideret curauit. Quod se implere credēs ne deciperet non solū sup x̄pm: ut ipse interficeret̄ effudit irā suā: sed etiam sup alios paruulos innocētes quorū solēntas celebrata est in ecclia. Ubi mēs deuota itueri dō quāta sit obligatio rōnis creature ad filiū Agnis diligendū: q̄ in qualibet etate sua patri pro nobis dignat⁹ est. Quobrem in presenti sermone recensere debem⁹ ea que de fugatione: ⁊ eius peregrinatione in egyptū: ⁊ p̄ueroꝝ occisione euangelica hitoria testat̄: sub vno fructu: qui est: Innocētes p̄ christo occidunt. De quod tria principaliter occurrūt cōtēplāda.

Prīmū est innocētis iesu elongatio ex angelica monitione.

Scdm̄ est Herodis nequicia ex paruuloꝝ necatione.

Tertū est occisoꝝ merita ex remuneracione.

¶ Quid monit⁹ Ioseph p̄ angelū cū iesu ⁊ Maria fugit in egyptū. Cap. f.

¶ Rīmū mysteriū cōtemplandū dicit̄ innocētis iesu elōgatio ex euāgelica amonitione. De quo in tertū euāgelij scribit̄. Angelus dñi apparuit in somnis ioseph ⁊c. Ubi tria dubia p̄nt occurrere.

Prīmū est an aliq; angelus deputatus fuerit ad custodiā x̄pi.

Secundum est quare christus illo tempore mori recusauit.

Tertium est cur in sua fuga egyptum petere voluit.

Ad primum dubium videtur a quibusdam dicendum quod christus ad sui custodiam angelum habuit. Multa enim in scripturis inueniuntur ex quibus facile hoc colligi potest. Nam Luce. ij. c. habetur: quod angelus nuntiavit christi natiuitatem: quod potuit esse angelus ad sui custodiam deputatus. Et ibidem. xxij. Ecce apparuit ei angelus domini confortans eum. Ubi Beda ait: In testimonio vtriusque nature angelum eum confortasse: et angelum ei ministrasse describit. Iesus christus secundum humanam naturam et passibilitatis status: fuit paulominus ab angelis minoratus: ut declarat magister in. i. sententiarum. di. xvj. Unde quantum ad hoc angelico videbatur indigere presidio. Angelicam custodiam deus fecit ad anime dignitatem secundum Hieronymum super Mattheum. xvij. c. qui dicit: Magna quippe est dignitas animarum ut vnaqueque ab ortu natiuitatis sue habeat angelum ad sui custodiam deputatum. Anima autem christi cum sit nobilissima: non debet tanta dignitate priuari. Que tamen omnia: etiam videntur concludere veritatem: tamen falsa sunt: quia non habuit christus angelum ad sui custodiam deputatum secundum doctores in. ij. di. xj. vbi ar. f. a. ij. beatus Bonaventura rationem assignat. Quia nec demones eum poterant opprimere per violentiam corporis diuinitati uniti: nec poterant alligere affectum per blanditias plenitudinis gratie confirmatum. Ideo christus non indigebat angelo bono: nec quantum ad defensionem corporis: nec quantum ad eruditionem rationis: nec quantum ad excitationem affectionis. Non solum autem ipse non indigebat: sed nec ei etiam coopebatur. Custodia enim in custodiente respectu custoditi dicit presidium. quanda. Et quod angeli christo domino subiciebant: ideo nullum officium presidentis ipsius iesu christi eis admitti debebat. Quicquid autem de

scripturis allegatum est: de angelis ad ministrantibus: et custodiendis: et seruientibus ipsi christo: non de presidendis est intelligendum. Namque enim ita minoratus est christus ab angelis: ut aliquis angelus auderet ei presidere: cum ita bene sit adorandus christus in cruce et in sua infirmitate sicut in sua virtute. Cum vero dicebat quod angelica custodia facit ad hominis dignitatem: dicendum quod custodiri ab angelis ita dicit dignitatem in anima respectu aliarum creaturarum que non committunt angelice custodie: ut tamen dicat imperfectionem respectu beatorum: qui aliena custodia nunquam egent. Et anima christi ab instanti sue conceptionis erat perfecte beata quod angelum custodientes non debebat habere: sed bene ministrantem. Quod non in vno tantum: sed in pluribus locis manifestum est: sicut patet in Mattheo. iij. vbi dicit quod ministrabant ei angeli. In obsequio ergo christi angelus apparuit in somnis Ioseph. Sed adhuc versatur in dubio animus. Quia apparuit angelus zacharie: apparuit etiam gloriose: apparuit pastoribus dum vigilaret: cur Ioseph apparuit in somnis. Ad hoc respondet Chrysostomus in homelia dicens: Non apparuit manifeste sicut pastoribus: quia valde fidelis erat: pastores erant quasi rudes: ergo indiguit quasi ab angelis instruenda: similiter zacharias indiguit ante conceptionem plenis miraculis visione. hec ille. De beato Remigio assignat rationem morales et dicit: Per hoc quod angelus apparuisse in somnis dicit: mystice designat: quia illi quia curis terrenis et secularibus negociis recesserunt: presunt angelica visione merent. hec ille. In hac apertione notanda sunt verba angeli qui dixit. Mat. ij. Surge et accipe puerum et matrem eius: et fuge in egyptum. Quia ut dicit Chrysostomus super Mattheum: non propter matrem puer natus est: sed propter puerum mater separata est. Et secundum Hilarium: cum euangelista desponsatam eam iusto significabat coniugem nuncupauit: sed post partum mater tantum iesu ostenditur: ut quemadmodum iusto Ioseph deputaret. Marie

De innocentibus.

In virginitate coniugiu: ita venerabilis ostendit eius in iesu matris virginitas. Ad scdm dubiu respondet Aug. in qstionib? noui et veteris testamēti. vbi ait: Oia pprijs locis et tēporibus gessit saluator. Cum ergo christus moui disponderet pro hominib?: differre voluit vsq; ad trigessimūtertium annum etatis sue. Cum vt illo tēpore in tremendo vbo pariter et exēplo instrueret: tum vt veritatē vtriusq; nature insinuarer omnibus: tum vt dilectionem suam ardēter ostēderet: q; vitam suā p nobis dedit: quando erat in perfectissimo statu. Ad tertiu dubiu respondet euāgelista cū dicit: q; in egypto xps māsit vt impleret quod dictū est per prophetā. Et egypto vocauit filium meū. Augustinus in quodā sermone de epiphania dicit: Moyses aliquando in egypto clauserat dies: illuc christus adueniens sedētibus in tenebris reddidit clarissimam lucē. Quod vtriq; verū esse ostendit magi i historia scholastica. Nocte enim illa xps cū matre intrauit egyptum: qua pcepto suo exiuerāt filij israel: vt sicut nō fuit domus: in qua primogenitus non iaceret mortuus angelo percutiente: sic ipso ingrediente non fuit tēplum: in quo idolū nō corruerit. Quod Esaias predixerat. xix. c. Ecce dominus ascēdet super nubē leuem: et ingredietur egyptum: et mouebūt simulacra egypti a facie ei. Hāc prouinciam cōmendat Isidorus. xiiij. etymologiarum dicens: eam esse que prius aerea dicebatur. Deinde egyptus vocata ab egypto Danaī fratre ibi regnante. Hec a b oriente Sirie et rubro mari cōiuncta: ab occasu Libyam habet: a septentrione mare magnū regio celi imbutus insueta: et pluuiarū ignara. Nilus solus circūfluens eam irrigat: inundatione sua fecundat: vnde multarum terrarum partem frumēto alit. Leteriorū quoq; negotiorū adeo copiosa: vt impleat mercibus suis orbem terrarum. Hanc xps sibi elegit forte etiam

vt ibi se esse mōstraret futurū. In egypto enim plus religio viguit q; alibi. Si quis nunc ad egypti veniat solitudo: paradiso omni illā videret heremum digniorē. Et sic egyptus anachoritis: veluti astris celū fuit adornata. Hec ille. Multa declaramus de christi fuga in egyptū. Sed pia mens nostra debet considerare q; dolenter audiuit mater ioseph sibi dicentē: O virgo dulcissima fugiamus repente: quia herodes filium tuum perdere querit. Quāntus timor virgineam mentē inuasit: quantusve dolor cor benignissimū penetravit? Puto enim q; sine mora filium in brachijs suscipiēs lachrymantibus oculis: cū ioseph sene puella cum parulo deserto iter arripuerūt. Cōtemplare nunc aīa mea quot noctes duxerunt insomnes: quot vicibus sitis est uerunt ardore: quotiens et absq; cibo nocte inuigilauerūt in heremo. Eōpātere nunc aīa dura creatori tuo pro te peregrināti. Eōpāteret ioseph qui sollicitus erat ad inquirēdū per heremū vt matris et filij necessitatibus occurreret pro viribus: et nō valebat. Cōplātere ergo virgini sacratissime que nūc terretur: nunc pauet: nūc filium inter vbera stringit: nunc faciē eius lachrymis rigat: nunc adorat: nunc etiā eius deseret penalitates. O impossibile esset excogitare: que supra hoc mysterio facta sunt: et multa alia que fiebāt. Profecto si excogitarentur vix oculi a lachrymis cōtineri valerent.

Quod maxima et crudelis fuit nequicia herodis cōtra xpm. Caplm. ii.

Secundū mysterium cōtemplādū dicitur herodis astuta nequicia ex puerorum necatione. De quo hodie tria consideranda sunt.

Primū d: differentia.

Scdm d: sufferentia.

Tertiū d: malicia.

Primum cōsiderādū dicitur differentia. Scdm enim historiarū doctri-

nam tres fuerunt Herodes.

Primus dicitur Herodes Ascalonita: sub quo dominus natus: et a quo pueri occisi sunt.

Secundus dicitur est Herodes antipas: qui Johannem decollauit.

Tertius dicitur est Herodes agrippa: qui Jacobum occidit: et Petrum incarceratione.

Secundum considerandum dicitur susferetia. Non enim Herodes eoislo quo delusus est a magis: pueros occidi mandauit: sed post aliquod tempus. Quia ait dicit Nicolaus de lyra: cum uellet omnes pueros de Bethleem interficere: ne puer sibi incognitus euaderet impeditur est ab executione huius facti: eo quod a Cesare Augusto per epistolam est citatus Romam filiorum accusationibus responsurus. Eundo autem Romam et remanendo in curia: et reuertendo ad iudeam apposuit annum: et plus. Et ideo post fere duos annos ad regnum suum reuersus: et in regno confirmatus est: quando sententiam pro se contra filios habuit. Et tunc perfecit necem pueroꝝ prius in mente conceptam. Tertium considerandum dicitur malicia. Quisnam explicet quantum dolore animi Herodis fuerit repletus. Qui ut christum perderet: non solum ipsum: sed omnes pueros qui erant in Bethleem: et in omnibus finibus eius a bimatu. et infra. id est ab infantibus duorum annorum usque ad pueros unius diei. Vel scilicet alios usque ad pueros quatuor annorum mandauit occidi. Cui assertioni vere fidem facit quod quedam ossa innocentium adeo grandia sunt: quod pueroꝝ duos annos habentium esse non possunt: nisi dixerim corpora tunc maioris quantitatis fuisse. Quare autem Herodes ita mandauit: cum christus esset duorum annorum: et non unius anni tantum et unius mensis: nec unius diei: cuius etatis pueri interfecti sunt secundam opinionem: nec trium annorum secundam opinionem. Respondet Augustinus in sermone de innocentibus: quia timebat ne puero cui syde-

dera famulabantur paulo supra etatem vel infra species mutata esset: et sic tempus occultaret. Ideo uidetur pueros a bimatu usque ad pueros unius diei interfecisse. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam. Vox in rama audita est: ploratus et ululatus multus Rachel plorans filios suos. Ubi Hieronymus ait: Quando dicitur in rama: non putemus nomen loci esse qui est iuxta gabaa. Sed rama excelsus interpretatur ut sit sensus: vox in rama audita est: id est longe lateque dispersa. Cui dicto concordat dictum Chrysostomi super Mattheum: quod ploratus et fletus paruulorum ostendit: ululatus autem matrum significat lamentum. Et quod dicitur in euangelio. Rachel plorans filios suos: secundum quod dicit Nicolaus de lyra interpretatur metaphorice: quasi mensrens sit Bethleem ratione sue sepulture: quia ibi in sepulcro est: ut habetur Genesim xxxv. Et hoc dicit Hieronymus super Mattheum ubi ait. Queritur quomodo Rachel filios alterius tribus. id est Bethleem quasi suos ploret. Respondemus breuiter: quia sepulta sit iuxta Bethleem in effrata et materni corpusculi hospitium nomen matris accepit: siue quoniam Juda et Benjamin due tribus iuncte erant. Et Herodes preceperat non solum in Bethleem interficere pueros: sed etiam in omnibus finibus eius. Unde per occisionem Bethleem intelligimus multos etiam de Benjamin fuisse occisos. De Hieronymus. O quale edictum irrationabile et crudele. O quam lugubris et flebilis executio. O quam iniusta et iniqua occisio. Rapiabantur paruuli quidam a pectoribus matrum: quidam in cunis iacentes: quidam blade parentibus alludentes: quidam urbane in domibus perambulantes: et sine ulla pietate: vel proiebantur ad muros vel gladio vel strictis gutture manibus suffocabantur. Audisses tunc in terra iacere caduera pueroꝝ. Audisses tunc terram cooperitam et madefactam sanguine pueroꝝ.

De sancto siluestro.

parulorum innocentum. Vidisses ma-
tres in qualibet domo sparsis crinibus
propter tam horrendum flagitium singul-
tibus lachrymis et ululatibus acclaman-
tes. O quanta compassio animam audien-
tium mouere debet in spectaculum adeo
funestum et lugubre etc.

¶ Quia innocentes merito passionis christi
sunt remunerati. **Capitulum. ij.**

¶ Etiam mysterium contemplandum
dicitur occisorum remuneratio.
De primo autem istorum sanctorum:
apud nonnullos extiterit varie
sententie quas omnes ad tres senten-
tias reducemus.

Prima de sententia falsa.

Secunda de sententia debilis.

Tertia de sententia vera.

¶ Prima sententia falsa est eorum qui di-
cunt paruulos hos occisos nihil meru-
isse: eo quod in eis nondum erat expeditus
rationis usus: nec voluntarie pro christo
pariebant. Contra quos est autori-
tas ecclesie inuersalis: quod hos colit pro
sanctis: et in sanctorum numero cofitetur.
Unde Augustinus in sermone innocen-
tum. Hodie fratres charissimi natales
illorum infantium colimus: quos ab he-
rode crudelissimo rege interfectos esse
euangelij textus eloquitur. Et ideo cum sum-
ma exultatione gaudeat terra nostra
celestium militum et tantarum parum fecerit
da virtutum. Ecce prophetam hostis nunquam
beatis paruulis tantum prodesse potuisset
obsequio: quantum profuit odio. Nam
sicut presentis diei festa manifestant qua-
tum contra beatos paruulos iniquitas
abundauit: tantum in eis gratia diuine be-
nedictionis effulsit. Nec Augustinus
qui in hoc etiam sermone multa profequitur
de gloria istorum sanctorum. Ideo istorum
rum falsa est opinio. ¶ Secunda senten-
tia est debilis. Nam ut inquit Theodosius.
ij. q. cxxiiij. ar. s. ad. s. ar. fuerunt quidam
qui dixerunt quod in innocentibus accele-
ratus est usus miraculose liberi arbitrii
ita quod voluntarie etiam passi sunt. Quod
dictum nullibi reperit authenticum: ideo

vbilibet tam debile acceptatur: quia
ut inquit Hieronymus ad Paulinum
Quod de scripturis autoritate non habet
eadem facilitate contemnitur quam pro-
batur. ¶ Tertia sententia est vera. De
qua loquitur sanctus Theodosius. vbi. s. quod
martyrii gloriam quam in alijs propria vo-
luntas meretur illi paruuli occisi dei
gratia sunt assecuti. Nam effusio sangui-
nis propter christum vicem gerit baptismi.
Unde sicut in pueris baptizatis per
gratia baptismalem meritum christi opera-
tur ad gloriam: sic in istis operatum est
ad palmam martyrii obtinendam. Et hoc
est quod dicit Augustinus in quodam
sermone de epiphania quasi alloquens
ad innocentes sic inquit: Ille de ves-
tra corona dubitabit in passione pro
christo: qui etiam paruulis baptismum pro-
desse non estimat christi. Non habebatis
etate in qua impassurum christum cre-
deretis: sed habebatis carnem in qua pro
christo passuro passionem sustineretis.
Nec ille. Cum itaque viderimus hos paru-
ulos felicissimos celicolas esse factos
qui propter christum passi sunt: eos venes-
remur: ut etiam pro domino iesu christo simul
cum eis pati non timeamus qui profes-
sio laborantes exaltat in fine: et beatos
facit in glorioso regno celorum: in quo vi-
uit et regnat in secula seculorum. Amen.
¶ De sancto Siluestro: de dignitate sa-
cerdotali.

Sermo. xxvii.

¶ Iesus sacerdotes approbans. **Fructus.**
xxvii.



Ecce facer-

dos magnus qui in die-
bus suis placuit deo
Ecclesi. xliij. Verba
hec sumit ecclesia in
comendatione beati
Siluestri confessoris
in hodierna epistola recitata. Qui nun-
quam in effabili sapientia multiplici va-
rietate rerum creauit: ipse ecclesie sue
sancte status diuersos mire disposuit:
in quibus contempleri possumus cadorem sa-